Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8152
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Laudate eum in virtutibus eius laudate
eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate
eum in sono tube; laudate eum in
psalterio et cithara. Laudate eum
in tympano et choro laudate eum
in cordis et organo. Laudate eum
in cymbalis bene sonantibus laudate
eum in cymbalis iubilationis;
omnis spiritus laudet dominum;

Nunc dimittis seruum tuum
domine secundum verbum tuum in pace
quia viderunt oculi mei salutare
tuum quod parasti ante faciem omnium
populorum. Lumen ad reuelationem gen
tium et gloriam plebis tue israel;

Trium puerorum cantemus hymnum
que cantabant in camino ignis laudes